

Coniectanea in oratores Atticos

scripsit

Dr. H. Wachendorf.

Lycurgus in Leocratem §. 49.

(Agitur de iis, qui ad Chaeroneam fortissime pugnantes occubuerunt:) ἔπειτα δὲ οὐδ' οἷόν τι ἐστὶν εἰπεῖν ἠττήσθαι τοὺς ταῖς διανοαῖς μὴ πτήξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον.

Qui haec sana esse putant — quae perpaucos esse video — aut in trita explicandi ratione acquiescunt, ex qua πτήσσειν φόβον eadem ratione dictum putant, qua ἀρὰς ἀνοσίτους ἀρᾶσθαι, πράξεις βιαίους πράττειν, sim.¹⁾ aut Lobeckium sequuntur, qui verba per se ambigua esse putat; nam et significare posse: „nunquam eo timore percussi, quo qui hostes aggredi iubentur“ et: „οὐ διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἐπιόντων φόβον.“ Sed neutrum placet. Priorem enim interpretationem iure reiecit Freudenbergius, docens verba τῶν ἐπιόντων intelligi non posse: qui hostes aggredi iubentur, cum Lycurgus hoc vocabulo: hostes significet, ut §. 57 (τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι μεθ' ὁμῶν μαχόμενος). Et ne ea quidem, quae relinquitur explicatio („perculosos terrore ab hostibus aggredientibus iniecto“) nobis ferri posse videtur. Qui enim accusativus verba πτήσσειν, ὑποπτήσσειν sequitur, solet esse eius rei aut personae, quae timetur, ut Aesch. Prom. 174: ἀπειλὰς πτήξας; Xen. Cyrop. III. 3 18: οὐχ ὡς φοβούμενοι πτήσσομεν αὐτοὺς οἰκοὶ καθήμενοι; Aesch. Prom. 19: θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσω χάλλον; Xen. Cyrop. I. 6, 8: πάντο μοι δοκεῖ αἰσχρὸν εἶναι τὸ τοιούτους ὑποπτήξαι; Aesch. II. 105: οὐχ ὑποπτήξας τὸ τῶν Ἀθηναίων ἀξίωμα²⁾. Itaque πτήξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον significaret: non reformidantes timorem, qui ab hostibus iniecti solet; sed cum timorem etiam imbelles et timidi milites nihil curant; metuunt hostes ipsos et mala, quae ex proeliis gignuntur, caedem, vulnera, fugam. Διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἐπιόντων φόβον si oratoris sententia fuisset, haud dubie aut hac praepositione ipse usus esset aut dixisset τῷ τῶν (τῷ ἀπὸ τῶν) ἐπιόντων φόβῳ, ut Eur. Bacch. 1036: οὐκέτι γὰρ δεσμῶν ὑπὸ φόβῳ πτήσσω et Soph. O. C. 1625: ὥστε πάντας ὀρθίας στήσαι φόβῳ δεισαντας ἐξαίφνης τρίχας³⁾.

¹⁾ eos nihil aliud comprobare dicit Lobeckius (Paralip. II. p. 513) nisi ignorasse omnino, quid disceptetur et satis et ipse redarguit et Freudenbergius (in Heinrichii schedis Lycurgeis p. 24).

²⁾ Practereire liceat locus ut Soph. O. C. 1465. ἔπειτα θυμὸν = in meum Herzen, qui, cum longe alius generis sint, huc omnino non pertinent.

³⁾ Nec tamen recte dativum erant qui substituere vellent; quis, ut alia taceam, pro eo accusativum posuisset?

Sed ut sententiam, quam inesse voluit Lobeckius, oratoris verbis inesse concedam: tamen mihi desiderari hoc loco videtur significatio eius rei, quae formidolosa per se terrorem tamen non iniecerit fortissimis illis viris¹⁾. Itaque qui traditae lectionis patrocinium susceperunt alii alias interpretandi vias ingressi dubitationem de loci sinceritate auxerunt magis quam sustulerunt; qui manum emendatricem attulerunt, eiusmodi fere coniecturas proposuerunt, quae omni carent probabilitate. Quo in numero Heinrichus post πτήξαντας excidisse putat ἀλλ' ἀνδρείως ὑπομείναντας, Reiskius legendum putat διὰ τὸν φόβον. Si ita vulnera sanare conabimur, quid scriptoribus fiet? Schöne φόβον eiecit, ut ortum ex φοβουμένους, quod ad rarius verbum πτήξαντας explicandum ad marginem adscriptum fuisse putat; eius autem loco legendum coniecit: κίνδονον. Eiusmodi substantivum etiam a me desiderari dixi antea; sed gravius aliquid loci sententia postulare videtur, quo recepto simul magis appareat corruptelae origo. Legendum puto: μὴ πτήξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων φλοῖςβον. Φλοῖςβος de tumultu bellico dictum saepissime legitur in Iliade. Aptissimum id esse vocabulum ad loci sententiam, facile omnes concedent nec minus facillime in φόβον abire potuisse; sed poetarum esse dicent, alienum a prosae orationis scriptoribus. Audio; causam tamen non video, cur eo non usum putemus oratorem eum, quem et saepe videmus poetarum more locutum et multa cum a ceteris poetis, tum a poetarum principe mutuatum²⁾. Cf. §. 50: οὐκ ἂν αἰσχυνθείην εἰπὼν στέφανον τῆς πατρίδος εἶναι τὰς ἐκείνων ψυχὰς §. 40: ἰδεῖν τὴν καθ' ἑλπὴν τὴν πόλιν τότε ἐπὶ γῆρας ὁδῶ περιφθειρομένους, quibus verbis haud scio an respiciat orator Homeri II. XXII, 60: ἔν ῥα πατῆρ Κρονίδης ἐπὶ γῆρας οὐδῶ | αἴση ἐν ἀργαλέῃ φθίσει aut II. XXIV, 487 Od. XV, 348. Etiam quod hoc ipso loco legitur τῶν ἐπιόντων (pro τῶν πολεμίων) apud prosae orationis scriptores vix invenias.

Huic Lycurgi loco subiciam duos Aeschineos, quos puto vulnus accepisse, etsi nemo- dum in iis offendit neque in libris est corruptelae vestigium.

II. §. 119 legitur sic: Εἰπεδὲ, ὡς ἐψευδολόγουν φάσκειν ἄλλων ἡμερῶν τὰς Θήβας ἔσεσθαι ταπεινάς, προάγων εἰς ἐλπίδας τινὰς ὑμᾶς. Non placet ἐλπίδας τινὰς, tanquam incertae fuerint illae spes, quae tamen et Atheniensibus notae erant omnibus et nobis ex Demosthenis orationibus notae sunt. Neque ψευδολογοῦντος legati est, spes aliquas excitare, incertum veras an falsas, sed eas, quibus cives in errorem inducantur. Quod substituum, nihil aptius invenio quam κενάς, quo in simili re saepissime utuntur oratores. Velut Aesch. I. 171: τὸ μεράκιον ἐλπίδων κενῶν ἐμπλήσας, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τῶν ῥητόρων πρωτεύοντα. III. 91: ἀποστέλλει δεῦρο πρέσβεις φέροντας τῷ μὲν δήμῳ ἐλπίδας κενάς, Δημοσθένει δὲ ἀργύριον. Din. I. 91: ὁρᾷ γὰρ ὑμᾶς τὸν πάντα χρόνον ἐλπίζει κεναῖς καὶ ψευδέσι λόγοις ἐξηπατημένους ὑφ' ἑαυτοῦ.

Inde a §. 181 orationis III. exposuerat Aeschines, Atheniensium maiores ne summis quidem et de republica optime meritis viris, Miltiadi, Themistocli, Aristidi talem unquam honorem habuisse, qualem Ctesiphon conferri vellet in Demosthenem, qui cum illis viris non

¹⁾ Desideravit eiusmodi substantivum etiam Schöne Jahn. annal. IC pag. 741.

²⁾ „plura sunt in praeclaro hoc loco, quae non dicturus fuisset orator sine Homero“ Heinrichus in schedis Lyc. ed. Freudenberg pag. 22.

solum nulla ex parte comparandus sit, sed a virtute maiorum prorsus degeneraverit. Cuius rei adversarium ipsum testem facit his verbis (§. 182): ἐπιδειξάτω τοῖνον Δημοσθένης ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ, εἴ που γάρ τινα τῶν ἀνδρῶν τούτων στεφανῶσαι. In his certe satis erat dixisse: ἐπιδειξάτω omissis verbis ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ (per se enim apparet, adversario respondere Demosthenis tum fuisse, cum ipsius essent dicendi partes) neque usquam tam inutile additamentum me legere memini. Oratores rem planam facturi dicunt simpliciter δείξω, ἐπιδείξω sim.; nunquam, quod sciam, addunt ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ; neque si adversarium compellunt, ut, quae dixerit, argumentis aut testibus confirmet aut ipsos refellat, imperativis δείξον, ἐπιδείξον adiungunt ἐν τῷ σεαυτοῦ λόγῳ; denique adversarium, si prior is causam egit refellentes item simpliciter dicunt ἔλεξε, εἶπε δὲ sim. non ἔλεξε δὲ ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ. At saepe faciunt, quo maior verbis suis fides habeatur, ut temporis sibi ad dicendum dati adversario aliquantum se concedere simulent, quo interim utatur ad redarguenda ea, quae tamen redargui non posse persuasum habent. Quod cum faciunt, Demosthenes fere dicit λεγέτω, ἐπιδειξάτω sim. ἐν τῷ ἑμῷ ὕδατι, ceteri, quod hoc Aeschinis loco reposuerim ἐν τῷ ἑμῷ λόγῳ. Cf. Andoc. I. 55: ἴσασι δὲ ἄριστα εἶτε ψεύδομαι εἶτε ἀληθῆ λέγω, ἔξεσι δὲ αὐτοῖς ἐλέγχειν με ἐν τῷ ἑμῷ λόγῳ. Aesch. II. 59: παρελθὼν τοῖνον, Δημοσθένης, ἐπὶ τὸ βῆμα τοῦτ' ἐν τῷ ἑμῷ λόγῳ εἶπε πόλεως ἡστυος βούλει Ἑλληνίδος τοῦνομα, ἐξ ἧς ἀφίχθαι τότε φῆς τοὺς πρέσβεις. Ad sententiam etiam conferri potest Aesch. III. 166: εἰ βούλει παραχωρῶσαι τοῦ βήματος, ἕως ἂν εἴπῃς. ἐπειδὴ δὲ σιγᾶς seq. Librarius non intellecta huius locutionis vi pro ἑμῷ αὐτοῦ substituit, ad sententiae subiectum (Demosthenem) falso nomen referens.

Aesch. III. §. 202. Ἐὰν δ' ὑπερπλήσας τὴν δικαίαν ἀπολογίαν Δημοσθένην παρακαλῆ, μάλιστα μὲν μὴ προσδέσθετε κακοῦργον ἀνδρωπον, οἴομενον βήμασι τοὺς νόμους ἀναιρήσειν, μὴδ' ἐν ἀρετῇ τοῦθ' ὑμῶν μηδεὶς καταλογιζέσθω, δεῖ ἂν ἐπανερομένου Κτησιφῶντος, εἰ καλέσει Δημοσθένην, πρῶτος ἀναβοήσῃ: κάλει, κάλει.

Quae est huius loci aperte corrupti optimorum et plurimorum codd. (a, g, m, n, p, Vat. aur. Bern.) lectio: εἰ καλέσω: ea in ceteris libris magis magisque depravata est (εἰ καλέσει-καλέσεις — εἰ καλέσοι [Ald]). Quorum ut nihil ferri posse inter viros doctos constat, sic, ubi vulnus lateat, ambigitur. Bekkerus καλέσω corruptum esse ratus in textum recepit εἰ καλέσει salvis quidem grammaticae legibus¹⁾, sed parum probabiliter. Cui enim, si ita Aeschines scripsisset, in mentem venisset, in tertiae personae locum primam personam substituere, quae post εἰ particulam intellegi omnino non potest. Itaque miror recentiores editores, Frankium, Schultziū, Weidnerum εἰ καλέσει et ipsos recepisse repudiata, quam editores Turicensēs proposuerunt, coniectura ἢ καλέσω, quae multo lenior est medela, nisi eos movit, quod εἰ omnium librorum consensus tueri videatur. Cui rei si tantum tribuendum, hand scio an legendum sit: βούλει καλέσω Δημοσθένην; Certe saepissime hoc verbum, cuius priorem syllabam hoc loco interceptam puto, eiusmodi interrogationibus et a poetis et a prosae orationis scriptoribus praemittitur. Cf. Aesch. I. 73: βούλεσθε οὖν τὸ ὄλον πρᾶγμα ἀφῶμεν καὶ μὴ ζῆτῶμεν; III. 163: βούλει σε θῶ φοβηθῆναι καὶ χρῆσασθαι τῷ αὐτοῦ τρόπῳ;

¹⁾ Etsi enim in eiusmodi interrogationibus longe usitatior est optativus, coniunctivo tamen usus est Aeschines duobus locis, II. 64: ὃ τὸ ψήφισμα ἐπεδείξατο Δημοσθένης καὶ ἀνεκονοῦτο, εἰ δῶ τῷ γραμματεῖ et II. 58: καὶ ἀνακοινῶσθαι αὐτὸν αὐτῷ, εἰ δῶ ἐπισηφίσει τοῖς προέδροις.

Dem. XIX. 205: βούλεσθ' οὖν ὑμῖν αὐτοὺς παράσχωμαι μάρτυρας; XXII. 67: βούλεσθε τὸ τούτων αἴτιον ἐγὼ ὑμῖν εἶπω; 69: τί γὰρ βούλεσθε εἶπω;

Dem. VIII. §. 28.

(Impugnat Demosthenes Diopithis adversarios, qui postulabant, ut Athenienses strenuo et fortissimo duci adderent alium, scilicet non alio consilio quam ut omnia everterentur:)

καὶ τό γ' εἰς τὸν Ἑλλησποντον ἐκπέμπειν ἕτερον στρατηγὸν τοῦτ' ἐστίν.

Frustra se torquent interpretes in enarrandis verbis τοῦτ' ἐστίν, quae sensu prorsus carent. Rehdantzius oratorem his verbis respicere putat §. 27: τοῦτ' εἰσὶν οἱ λόγοι: μέλλει πολιορκεῖν, τοὺς Ἕλληνας ἐκδίδωσι et vertit: kommt darauf hinaus, quae etiam Bremii sententia est vertentis: Atque etiam quod insuper στρατηγὸν mitti volunt in Hellespontum, eodem spectat. Sed hunc sensum τοῦτο pronomini inesse posse nego; dicendum potius erat: ἐστὶ τὸ αὐτό, τὸ αὐτὸ δύνатаι sim. Contrariam enarrandi viam ingressus Westermannus verba τοῦτ' ἐστίν sequentia spectare putat („damit verhält es sich so.“). Quod sic graece exprimi potuisse, vellem exemplis comprobasset; Demosthenes tum dixisset ὧδε ἔχει cf. III. 27: τότε μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε τὰ πράγματα X. 22: τὸ δ' οὕτως ἔχει XVIII. 17: ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα ἀναμνησάσαι ὑμᾶς.

In Jacobsii coniectura, τοῦτ' ἐστίν legentis = „steht in eurer Gewalt“ sententia mirum quantum languet. Quid enim attinebat dicere oratorem, mittere etiam alium ducem in Atheniensium potestate esse? — Mihi non dubium est, quin syllaba, quae bis scribi debuit, semel scripta sententiam oratoris obscuraverit¹⁾. Legendum enim: καὶ τό γ' εἰς τὸν Ἑλλησποντον ἐκπέμπειν ἕτερον στρατηγὸν, τοῦτ' ἐστὶ τί; cf. XX. 134: τί οὖν τοῦτ' ἐστίν; τὸ δοκεῖν ἐξηπατηκῆναι τοὺς ἀγαθὸν τι ποιήσαντας. XXIII. 31: τοῦτο δ' ἐστὶ τί; ὁ πάντες ἐπίστασθ' ὑμεῖς. Eiusdem orat. 46: τοῦτο δ' ἐστὶ τί, τὸ πέρα θροῦ. XXIV. τοῦτο δ' ἐστὶ τί; τοὺς ἀσθενεῖς ἐλεεῖν.

Vereor, ne eodem modo corruptus sit locus Dem. XVIII. 268: Ἐν μὲν τοίνυν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν τοιοῦτος· ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις εἰ μὴ πάντες ἴστε ὅτι κινὸς καὶ φιλόανθρωπος καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν. σιωπῶ seq. Breviter complectitur hoc loco orator, qualem se civem republicae praebuerit, quod priore parte orationis latius exposuerat; in talibus copulam deesse non posse docebunt eiusdem rationis loci hi: Dem. III. 25: ἐπὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλληνικῶν ἦσαν τοιοῦτοι· ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν πόλιν αὐτῆν seq. XXII. 69: ἀλλὰ νῆ Δία ταῦτα μὲν τοιοῦτός ἐστιν, ἐν οἷς πεπολίτευται, ἄλλα δ' ἐσθ' ἀκαλῶς διφύκηκεν; Aesch. I, 109: ἀλλ' ἴσως καθ' αὐτὸν μὲν ἄρχων φαῦλος ἦν, μετὰ πλειόνων δὲ ἐπιεικής; II. 74: οἱ μὲν καιροὶ τῆς πόλεως τοιοῦτοι ἦσαν, ἐν οἷς οἱ περὶ τῆς εἰρήνης ἐγένοντο λόγοι²⁾. Itaque verisimile est, etiam hoc loco ἦν excidisse ante ἐν legendumque: ἐν μὲν τοίνυν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν τοιοῦτος ἦν· ἐν δὲ

Duobus his locis tertius adscribendus videtur Dem. XIX. §. 33, ubi sic legitur: πῶς οὖν βράδιως πάντες εἴσεσθε τίς ποτ' ἐσθ' ὁ πονηρός; ἀναμνήσθητε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς τίς ἐσθ' ὁ κατηγορῶν τῶν πεπραγμένων ἐξ ἀρχῆς.

Demosthenem scripsisse puto: ἄν ἀναμνησθῆτε. Id enim et melius respondet praecedenti interrogationi, quippe qua quaeratur, qua ratione homo nequam convinci possit et oratoris usu loquendi confirmatur, qui eiusmodi interrogationibus nunquam, quod sciam,

¹⁾ Etiam in oratorum libris saepissime hoc modo peccatum esse, ostendit Sauppium: „Epistola critica ad God. Hermannum“ p. 135—152.

²⁾ Etiam hoc loco in uno libro ἦσαν incuria librarii omissum est.

imperativum subicit, sententiam conditionalem saepissime. Cf. IV. 47: πῶς οὖν ταῦτα παύσεται; ὅταν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς αὐτοὺς ἀποδείξητε στρατιώτας seq. XIX. 92: πῶς οὖν εὐρήσετε ταῦτα δικαίως; ἐὰν μὴ πάνθ' ἅμα ἔατε ταραττεῖν αὐτόν. Eiusdem orat. 320: πῶς οὖν μὴτε ψεύσωμαι φανερώς, μήτ' διαπράξωμαι; πῶς; οὕτως, ἀν' Ἀθηναίων τινὰς εὖρω seq. Sic etiam Aeschines dixit III. 248: πῶς οὖν ἂν τις τὴν τοιαύτην αἰσχύνῃ ἐκφύγοι; ἐὰν φυλάξῃσθε.

Dem. XVIII. §. 86: Οὐκοῦν μέχρι μὲν τῶν χρόνων ἐκείνων, ἐν οἷς ταῦτ' ἐπράχθη, πάντας ἀνωμολόγημαι τοὺς χρόνους τὰ ἄριστα πράττειν τῇ πόλει.

τοὺς χρόνους, quod antea legebatur, recentiores editores ut otiosam et molestam iterationem verborum μέχρι τῶν χρόνων ἐκείνων fere omnes textu eiecerunt, simul optimi codicis Σ auctoritate moti, in quo hoc inutile additamentum omissum est. Dindorfius tamen retinuit, sed recte Voemelius: „Si orator addidisset, non tam graviter vocabula collocasset, quia gravitati locus non est, sed continnasset πάντας τοὺς χρόνους.“ Itaque τοὺς χρόνους et ipse eiciendum puto; sed praeterea πάντας post μέχρι τῶν χρόνων ἐκείνων admodum friget; contra aptissimum erit hoc loco πάντα. Cf. Xen. Anab. I. 9, 2: παντων πάντα κράτιστος ἐνομίζετο.

Dem. XIX. §. 32. Docuerat Demosthenes, Aeschini et iis, qui una cum eo a Philippo corrupti erant, legatione gesta neque a senatu laudem tributam neque eos in curiam invitatos, quod ab urbe condita nullis unquam legatis accidisset. Pergit ita: εἰ μὲν τοῖνον ταῦτα πάντες ἐπροσβέουμεν, δικαίως οὐδένα ἐπήνεσεν ἢ βουλή· δεινὰ γὰρ τὰ πεπραγμένα πᾶσιν· εἰ δ' οἱ μὲν τὰ δίκαια ἔπραττον ἡμῶν, οἱ δὲ τάναντία, διὰ τοὺς πεπονηρευμένους, ὡς ἔοικε, τοῖς ἐπιεικέσι συμβεβηκὸς ἂν εἶη ταύτης τῆς ἀτιμίας μετεσχηκέναι.

In his mendum insidet in adiectivo δεινὰ. Sive enim Reiskii sententiam sequemur, post πᾶσιν addendum ἂν ἦν¹⁾ („nam omnes pariter nefanda perpetrassent“) sive Schaeferi subaudiendum putantis ἐστὶ („nam [hoc si accidit] omnes pariter nefanda perpetrarunt“): tamen totius loci sententiam longe aliud requirere apparebit, si quae praecedunt et quae sequuntur consideraveris. Discrimen enim faciendum dicit orator inter eos legatos, qui bona fide rem gesserint et eos, qui pecunia corrupti omnia perdidierint; negat propter improborum συμπρόσβρων scelera etiam bonos viros contumelia notandos; iure tum demum senatum neminem laudaturum fuisse, si omnes in legatione pariter se gessissent. Haec autem senatus in omnes legatos severitas iusta videbatur, non quod δεινὰ erant τὰ πᾶσι πεπραγμένα, sed quod quae omnes simul commiserunt, ad omnes pariter pertinent, ita ut nemo gravari debeat, si sui sceleris poenam luat. Itaque Demosthenem scripsisse puto: κοινὰ γὰρ τὰ πεπραγμένα πᾶσιν i. e. omnes pariter obstringunt.

Dem. XX. 20. Σκεψόμεθα δὴ τί τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει, ἐὰν ἅπαντες οὗτοι λειτουργῶσι· φανήσεται γὰρ, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνῃς.

1) Scire velim, quonam exemplo haec ommissa sint.

Formulae οὐδὲ πολλοῦ δεῖ Demostheni usitatissimae quatenam sit vis, qui usus, copiosissime et doctissime exposuit Funkhaenelius¹⁾. Subici videmus ab oratore eam formulam ad negandi vim augendam aut enuntiationibus negativis aut iis interrogationibus, quarum sententia negativa est. Exemplis a Funkhaenelio allatis (VIII. 42; IX. 24; X. 28; XIX. 30, 90, 202; XXV. 85, 87.) ipse haec addam: XX. 106: οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν νόμιμα οὐδὲ τὰ τῶν δεινῶν, πολλοῦ γεκαίδει. XXIII. 31: λέγει δὲ τί; ἐξεῖναι ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν, ἄρ' ὡς αὐτόν; ἢ ὡς ἂν βούληται τις; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. XXV. 84: εἶτα σοὶ συγγνώμη; πόθεν ἢ παρὰ τοῦ; ἢ τοῖς σοῖς παιδίοις ἔλεος; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. XLII. 25: ἄξιον ἀφεῖναι νῦν αὐτόν ἐστιν, ἐπειδὴ χρήσιμος καὶ φιλότιμος καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ σῶματι γέγονεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. LIV. 40: οὐ δὲ Κόνων ὁ τοιοῦτος πιστός ἐστιν ἡμῶν· οὐδὲ πολλοῦ δεῖ. — Huic autem constanti oratoris usui loquendi unus repugnat ille, quem supra laudavimus, Leptineae locus, ubi οὐδὲ πολλοῦ δεῖ negatione non praecedente sententiae interponitur, cuius loci interpretationi nondum satis factum est. Nam ut miras, quae antea propositae sunt, interpretationes, quas satis redarguit Funkhaenelius, taceam: ne ille quidem nodum expedivisse videtur. Putat enim aut ironiam verbis subesse eamque negationis loco esse aut idem esse hoc loco οὐδὲ πολλοῦ δεῖ atque οὐδαμῶς, quemadmodum aliis locis ὀλίγου δεῖ negationis loco sententiae interponatur et πολλοῦ δεῖ in Plat. symp. 203 (πρωτον μὲν πένης ἀεὶ ἐστι καὶ πολλοῦ δεῖα παλὸς τε καὶ καλός) et πολλοῦ δεῖν apud ipsum Demosthenem XXIII. 7 (ταῦτ' ἂν ἦδη λέγειν πρὸς ὑμᾶς ἐπεχειροῦν, ἐν' εἰδῆτε πολλοῦ δεῖν ἄξιον ὄντα τυχεῖν τοῦ ψηφίσματος αὐτὸν τουτοῦ.), quam utramque enarrationem probavit etiam Westermanno. Sed ut ironiam illam subesse concedam — quamquam ea ab oratore nulla re indicata est —; ne sic quidem caussam oratori fuisse video a consuetudine sua recedendi, quam secutus si scripsisset: φανήσεται τῆς γεννησομένης ἄξιον αἰσχύνης; οὐδὲ πολλοῦ δεῖ certe non minor erat ironiae vis. Neque οὐδὲ πολλοῦ δεῖ pro οὐδαμῶς positum putaverim. Negationis loco posita et ita sententiis interposita leguntur ὀλίγου (μικροῦ) δεῖ, ὀλίγου (μικροῦ) δεῖν, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, πολλοῦ δεῖ, πολλοῦ δεῖν²⁾. Id etiam factum esse in οὐδὲ πολλοῦ δεῖ nemo, quod sciam, exemplum attulit neque ex Demosthene neque ex aliis scriptoribus. In talibus autem formulis, quarum et origo saepe incerta est nec sensus idem semper fuisse videtur, quid ex scriptorum consuetudine dici soleat magis videndum, quam quid salva ratione dicere liceat. Itaque si Demosthenes ad negandi vim augendam pro οὐδαμῶς gravius aliquid posuisset, οὐδὲ particula omissa aut πολλοῦ δεῖ dixisset, ut Plato et loco supra laudato et de republ. II. 378c: πολλοῦ δεῖ γιγαντομαχίας τε μυθολογητέον αὐτοῖς καὶ ποιικιτέον, ut orator ipse dixit XXIII. 34³⁾: ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων, πολλοῦ γε δεῖ διώρισεν aut πολλοῦ δεῖν ut XXIII. 7. Equidem verba labem concepisse suspicor et sententiam ab oratore in hanc formam conceptam fuisse: φανήσεται — οὐ γάρ; — τῆς γεννησομένης ἄξιον αἰσχύνης; i. e.: da wird sich's denn ergeben, nicht wahr? dass die Grösse des Vortheils die Grösse der Schande aufwiegt? Ad eius interrogationis sensum explicandum ad marginem adscripsisse aliquem puto notissimam illam formulam οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, deinde haec verba in textum irrepsisse, quo modo saepe peccatum est. Simile exemplum ex Cicerone (de or. I. 58, 249) attulit Piderit. — Saepe autem ab oratore οὐ γάρ; interrogationibus interponitur, quo recepto satis expressa est ironia, quam

¹⁾ in Jahn. annal. supplem. vol. I. p. 357 et in Philol. VI. 724.

²⁾ Exempla attulit Rehdantzius in editionis suae indice II. p. 143.

³⁾ Quamquam etiam de huius loci sinceritate non sine causa dubitari video.

subesse putavit Funkhaenelius, huic loco sane aptissima. Cf. XXIII. 162: εὐνοῦς γε, οὐ γάρ; ἀπλῶς ὅμιν, καὶ οὐδὲν ἂν ἐπιστείλας ψεῦδος οὐδ' ἐξαπατήσας. 186: καλόν γε, οὐ γάρ; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. XXIV. 106: Ὅμοίος γε, οὐ γάρ; ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης;

Dem. XX. 53. (De Corinthiis, qui victos ad urbem Athenienses tectis receperant:) ἀλλὰ πλησίον ὄντων μεθ' ὅπλων ἀπάντων Πελοποννησίων ἀνέφεραν τὰς πόλεις ἡμῖν βίᾳ τῶν πολλῶν, καὶ μᾶλλον ἐβλόντο μεθ' ὁμῶν τῶν τότε στρατευσαμένων, εἴτε δέοι, πάσχειν ἢ χωρὶς ὁμῶν ἀκινδύως σεσῶσθαι.

Quoniam amici qui vere sunt et in rebus dubiis certi, non si quid forte accidat, una nobiscum ferre parati sunt, sed quaecunque fors fert, quamvis sint gravia et acerba: legendum haud dubie est εἴτε δέοι, quod loci sententia postulat et Demosthenis et ceterorum scriptorum constanti usu loquendi confirmatur qui similibus locis εἴτε δέοι (εἴτιαν δέη) dicunt aut omisso δέοι — ὅτιοῦν. Cf. Antiph. de caede Her. §. 50: μετὰ τοῦ ἀληθοῦς ἐβούλετο κινδυνεύων πάσχειν, εἴτε δέοι. Dem. VI. 11: ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν ἐκλιπεῖν προσελομένους καὶ παθεῖν ὅτιοῦν ὑπομεινάντας. XV. 8: εἰ δ' ὑπὲρ τῶν δικαίων καὶ πολεμῶν, ἂν τούτου δέη καὶ πάσχειν ὅτιοῦν οἴεσθε χρῆναι. XIX. 54: ἦσαν ἄλλοι τινές, οἳ πάσχειν ὅτιοῦν καὶ ἀμύνεσθαι δεῖν φάντο.

Quid differant εἴτε et εἴτε docet locus Xenophontis (An. I, 3, 4), ubi Clearchus apud milites verba faciens dicit: ἐπειδὴ δὲ Κύρος ἐκάλει λαβῶν ὁμᾶς ἐπορευόμεν, ἵνα εἴ τι δέοιτο ὠφελοῖν αὐτόν, in medio relinquens, utrum Cyrus opera sua usurus esset, necne. At idem paullo post (§. 5) nihil non una cum militibus sese ferre paratum esse confirmans: εἰ μὲν ὄη, inquit, δίκαια ποιήσω, οὐκ οἶδα, αἰρήσομαι δ' οὖν ὁμᾶς καὶ σὺν ὑμῖν, εἴτε ἂν δέη, πείσομαι.

Saepe autem in libris εἴτε et εἴτε permutantur, ut in Aeschini loco II. 258 (τῶν μὲν περιορώτων, εἴτε συμβήσεται) in uno libro est εἴτε; ut in Lysiae or. XXXI. §. 3 (οὐκ ἂν δίκαιος εἴη οὗτος διὰ τοῦτο ὠφελήθηται, ἀλλὰ μᾶλλον, εἴτε ἱκανῶς διδάξαιμι, ἐκ τούτων ἀποδοῖκε μασθῆναι) ubi iure Rauchensteinus Cod. X. secutus εἴτε recepit pro εἴτε, ut antea legebatur.

Dem. XX. §. 130: Ἡδέως δ' ἂν ἔγωγ' ἐροίμην Λεπτίνην, τίνας αὐτοῖς τὴν ἀτέλειαν ἢ οὐ νῦν καταλείπειν φήσεις ἢ ἐκαίνοὺς τότε δοῦναι, τὰς λειτουργίας ἕταν εἶναι φῆς ἱερῶν. τῶν μὲν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον πασῶν εἰσφορῶν καὶ τριηραρχῶν ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς· τῶν δὲ λειτουργῶν, εἴπερ εἰσὶν ἱερῶν, οὐδ' ἔχουσιν.

Ad ἔχουσιν Wolfius et qui post eum hunc locum tractarunt ex praecedentibus verbis: οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς subaudiri iubent: τὴν ἀτέλειαν. Quod ut fieri posse concedo: ita haereo in οὐδὲ, cui negationi quomodo hic locus esse possit, prorsus non intelligo. Quae enim praecedunt verba: οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς idem fere significant, quod οὐκ ἔχουσι τὴν ἀτέλειαν = non habent immunitatem; itaque si perguit orator: τῶν δὲ λειτουργῶν, εἴπερ εἰσὶν ἱερῶν οὐδ' ἔχουσιν sc. τὴν ἀτέλειαν i. e. immunitatem munerum, siquidem illa ad sacra pertinent ne habent quidem: apparet nihil dici posse ineptius. Westermannus quoque, quamquam Wolfii interpretationem et ipse sequitur, iure tamen de loci sinceritate dubitat, dicens: „Dem οὐδ' ἔχουσι, da sich kein Begriff denken lässt, der den Genannten in noch geringerm Grade als das ἔχειν zukäme, ist kein rechter Sinn abzugewinnen.“ Itaque locum corruptum esse inter viros doctos constat; cui ut medelam adferrent, excidisse aliquid suspicati

Turicensis post οὐδὲ inseruerunt: τούτων, Hirschigius ¹⁾ εἶπεν, Westermannus αὐτοί. Nobis corruptela latere videtur in ἔχουσι legendumque: οὐδ' ἐγγύς i. e. erst recht nicht. Cf. Dem. XVIII. 12: τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἐν τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν, οὐδ' ἐγγύς. 96: ἀλλ' οὐκ ἐποίουν τοῦτο, οὐδ' ἐγγύς. XXI. 30: ἔχει δ' οὐχοῦτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγύς. XXXVII. 38: οὐκ εἶναι δίκην μεταλλικὴν προσφευκτέον, οὐδ' ἐγγύς. ΕΡΥΣ et EXΟΥΣΙ facile permutari potuerunt.

- Dem. XXI. §. 3: Οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, ὅσα μὲν παρ' ἐμοῦ προσῆκε φυλαχθῆναι, πάντα δικαίως ὑμῖν τετήρηται seq.

Ἵμῖν, quod legitur in codicibus fide dignis iustam fere omnibus suspicionem movit, nec quid ille datus sibi velit, facile aliquis dixerit. Buttmanus, qui dativum ethnicum esse defendit, tamen pronomen huic loco alienum videri et ipse fatetur. Recte; Demosthenes enim primum de se loquitur, docens, quid ipse providerit, ne Midias iustam poenam effugeret; ad iudices transit verbis §. 4: ἂ δ' ἐν ὑμῖν μετὰ ταῦτά ἐστιν ὑπόλοιπα seq. quibus quid a iudicibus expectet, exponit. Cum autem sexcenties in libris ἡμῖν et ὑμῖν permutentur, legendum puto ἡμῖν, quo ducit etiam depravata lectio: ἐμοί, quae haud dubie correctori debetur, in numeri mutatione offendenti. Sed neque ea habet iustam offensionis causam ²⁾ neque quod viros doctos retinuisse puto, quominus ἡμῖν reciperent, quod Demosthenes, ubi de se loquitur, plurali numero fere non utitur. Sed tamen usus est IV. 30: πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἂ παρ' ὑμῶν κελεύει γενέσθαι, τοῦτ' ἤδη λέξω. (ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ). "Α μὲν οὖν ἡμεῖς, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδονήμεθα εὔρεῖν, ταῦτ' ἐστίν ³⁾. Ceterum nihil obstat, quominus plurali ἡμῖν oratorem simul de iis civibus cogitare putemus, quos et ipsos a Midia laesos, ut hominem iudicio persequeretur, a se petisse paullo ante dixerat. Quorum cum non minus, quam Demosthenis* interesset, Midiam damnari, multa oratori quibus in iudicio uteretur, suppeditaverant. Cf. §. 2: πολλοί μοι προσιόντες ἤξιουν καὶ παρεκελεύοντο ἐπεσελθεῖν καὶ παραδοῦναι τοῦτον εἰς ὑμᾶς, καὶ δεῖνὰ πεπονθέναι νομίζοντες ἐμὲ καὶ δίκην ἅμα βουλόμενοι λαβεῖν, ὧν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐτεθέαντο θρασὺν ὄντα καὶ βδελυρὸν καὶ οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι.

Dem. XXI. §. 15: "Ὅσα μὲν οὖν τοὺς χρευστὰς ἐναντιούμενος ἡμῖν ἀφειθῆναι τῆς στρατείας ἠνώχλησεν ἢ τᾶλλα πάντα ὅσα τοιαῦτα, ἐάσω ἐστὶ δ' ὑπερβολὴ τῶν μετὰ ταῦτα ἂ μέλλω λέγειν.

Quid postremis verbis Demosthenes exprimere voluerit, satis clarum est. Dicit enim ea, quae antea de Midiae vexationibus commemoraverit, etsi gravia sint et vix ferenda, tamen levia esse comparata cum iis, quae deinceps dicturus sit. Haec vero ad priora illa tanquam cumulum accedere. Ut nunc autem verba circumferuntur, sententia prava est neque acquiescendum in hac Schaeferi enarratione: „sunt autem post facta, quae dicturus sum, supra omnem modum flagitiosa.“ Hanc enim per sermonis consue-

¹⁾ Philolog. V. p. 333.

²⁾ Cf. Krueger, gr. gr. §. 61, 2, 2, ubi hoc exemplum laudatur ex Isocrate: Οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν ἐθέλουσιν, ἀλλ' αἰεὶ φλαῦρον περὶ ἐμοῦ λέγουσιν.

³⁾ Pluralem numerum hoc loco ita intelligi volunt, ut simul de iis cogitet orator, quorum opera in ratione conficienda fortasse usus sit. Sed adiutum se esse ab aliquo orator ipse nusquam ne verbo quidem significat.

itudinem probari posse suo iure negat Bakius ¹⁾ docens, qui genetivus cum ὑπερβολή iungatur, vel vitii esse, ut ὑπερβολή ἀναισχοντίας summa impudentia, vel esse earum rerum aut factorum, quae superari possint, ut τούτων οὐκ ἔσθ' ὑπερβολή ultra haec fieri nihil potest. Itaque si genetivus τῶν a substantivo ὑπερβολή regatur, sensum esse: ea, quae post facta sunt, superari possunt, quod plane contra loci sententiam sit. Itaque non dubium est, quin locus corruptus sit. Subesse vitium iam Lambinus senserat, coiciens: ἔστι δὲ ὑπερβολή τούτων, τὰ μετὰ ταῦτα, ἃ μέλλω λέγειν, quae tamen coniectura longius a tradita scriptura recedit. Nec placet Bakii coniectura: ἔστι δ' ὑπερβολή τὰ μετὰ ταῦτα, ἃ μέλλω λέγειν, quae et ipsa externa quam vocant caret probabilitate. Duae, quae librarii incuria interceptae sunt litterae, revocatae et apta verborum distinctio omnem molestiam tollent. Legendum enim: ἔστι δ' ὑπερβολή αὐτῶν, μετὰ ταῦτα ἃ μέλλω λέγειν i. e. est vero earum rerum (scil. quas praetermissurum se dixerat orator) velut cumulus, quae deinceps dicturus sum. Dicendum erat ἃ μετὰ ταῦτα μέλλω λέγειν; sed in rariore haec verborum collocatione, quae corruptelae ansam praebuit, minime offendendum esse, haec exempla demonstrabunt: Dem. XIX. 87: Καὶ μὴν καὶ μετὰ ταῦτα ἰσάκεις ἐθρομβείσθε, πάντες ἐπίστασθε. Andoc. de pace §. 4: ἀγαθὰ δὲ ἴσα ἐγένετο διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην, ἐγὼ ὑμῖν φράσω. id. de myst. §. 27: φέρε δὴ, ὦ ἄνδρες, μετὰ ταῦτα τί ἐγένετο.

Dem. XXI. §. 16: τὴν γὰρ ἐσθῆτα τὴν ἱερὰν καὶ τοὺς στεφάνους τοὺς χρυσοῦς ἐπεβούλευσεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διαφθεῖραι μοι καὶ διέφθειρεν, οὐ μέντοι πάντας γε.

Πάντας γε ad στεφάνους relatum inferioris notae codices sequitur solus fere retinuit Buttmannus; ceteri editores πᾶσαν γε, optimi codicis Σ lectionem, receperunt, quod, cum Midias a Demosthene non solum sacram vestem, sed etiam coronas aureas perdidisse arguatur, ita intellegi volunt, ut ἡ ἐσθῆς πᾶσα etiam notionem coronarum contineat, ut §. 26: ὁ τε γὰρ χορὸς ἦν τῆς πόλεως, ἥ τε ἐσθῆς τῆς ἐορτῆς ἕνεκα πᾶσα παρεσκεύαστο. Sed ex hoc loco minime, si quid video, sequitur, πᾶσαν γε veram esse lectionem. Ibi enim nullam omnino coronarum mentionem factam videmus; hoc autem loco orator coronas aureas non ut sacrae vestis partem silentio praetermisit, sed praeter sacram vestem coronas aureas diserte commemorat; quod cum fecerit, exspectatur, ut singulatim exponatur, quo in utrisque laedendis progressa sit Midiae temeritas. Suspicio legendum: οὐ μέντοι πάντας γε καὶ πᾶσαν i. e. quamquam non omnes (sc. στεφάνους) nec totam (sc. ἐσθῆτα).

Apparet, unde duplex librorum lectio orta sit.

Dem. XXI. §. 182. (Inde a §. 175 orator exempla profert, quibus appareat, quam gravibus suppliciis Atheniensium populus adfecerit eos, qui sacra violarint; quorum facinora levia esse docet comparata eum iis, quae Midias perpetraverit): καὶ πολλοὺς ἂν ἐτέρους ἔχοιμι λέγειν, ὧν οἱ μὲν τεθνᾶσιν, οἱ δ' ἠτιμωμένοι διὰ πολλῶν τούτων εἰσὶν ἐλάττω πράγματα. ὑμεῖς δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Σμίρκῳ δέκα ταλάντων ἐτιμῆσατε καὶ Σκίτωνι τοσοῦτων ἐτέρων seq.

Lectionem ὑμεῖς δὲ, quam plerique editores receperunt, peccare contra leges iuncturae cum Philippo Buttmanno consentio; suo iure enim negat ὑμεῖς distingui posse a superiori-

¹⁾ Schol. Hypomnemata III. p. 130.

bus, in quibus iidem iudices sive Athenienses agant. Augustus Buttmannus, cui et ipsi particulae δὲ hic non esse locus videtur, lectionem ἔτι τοίνον ὑμεῖς ὦ ἄνδ. Ἀθ., quae in margine optimi codicis Σ adscripta est, iam a patre in textum receptam probavit. Sed ne hanc quidem veram esse puto; nam et τοίνον admodum displicet, quo recepto paucis verbis interiectis tres deinceps sententiae ab eadem particula ordiuntur (182: ἔτι τοίνον ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι Σμίκρωδέξα ταλάντων ἐτιμήσατε. 183: μὴ τοίνον, ἐάνμην εἴπη τις παράνομα, οὕτως ὑργιζόμενοι φαίνεσθε et: μὴ τοίνον αὐτοὶ καθ' ὑμῶν αὐτῶν . . . ἐξενέγκητε) et ἔτι non minori offensionem est, quam quod Buttmanno iure displicuit δέ. Apparet enim oratorem hoc loco duobus quae profert exemplis illustrare illa: οἱ δ' ἠτιμωμένοι διὰ πολλῶν τούτων εἰσὶν ἐλάττω πράγματα, non, quae dixerit, missa facientem argumentationem ad rem novam traducere. In hac tamen cod Σ lectione (ἔτι τοίνον ὑμεῖς) latere puto Demosthenis manum legendumque: ὧν οἱ μὲν τεθνήσκουσιν, οἱ δ' ἠτιμωμένοι διὰ πολλῶν τούτων εἰσὶν ἐλάττω πράγματα ἔτι καὶ νῦν. ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Σμίκρω seq.

Dinarchi or. I. §. 66: τίσιν ὀφθαλμοῖς ἕκαστος ὑμῶν τὴν πατρίαν ἐστὶν οἴκαδε ἀπελθὼν ἰδεῖν τολμήσει, ἀπολελυκότες μὲν τὸν προδότην τὸν πρῶτον εἰς τὸν ἴδιον οἶκον εἰσνεγκάμενον τὸ δεδωροδοκημένον χρυσίον seq. In his πρῶτον stare non potest, quoniam Demosthenes non primus pecunia corruptus dici potest, quod scelus multi ante eum in se admiserant et Dinarchum ita ipsum secum pugnare iam Maetznerus animadvertit allato loco or. III. 7, ubi orator Philoclem nominat τὸν ἀρχηγὸν γενόμενον τοῦ διαδεδομένου χρυσίου. Nec tamen eum Blassio πρῶτον eiciendum putaverim; non enim intellegitur, quomodo in textum venerit. Accedit, quod in optimis libris Crippsiano et Oxoniensi est: τὸν πρῶτον τόν, in quo latere puto τῶν πατρίων θεῶν. Coniecturae nostrae nescio an faveant, quae proxime praecedunt; aptissime enim opponuntur: τίσιν ὀφθαλμοῖς ἕκαστος ὑμῶν τὴν πατρίαν ἐστὶν . . . ἰδεῖν τολμήσει et ἀπολελυκότες τὸν προδότην τῶν πατρίων θεῶν.